



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Symphorianvs M. 22. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

aliquanto exsiliit gaudio , quām si uno die viciſſe omnes in Olympicis audiiffet. Interea hanc carcerem , & fame vexatam Angeli cibo ſuo recrearunt, ut ſuum terræ jam minime invideret BASSA. E carceribus ubi prodiit , ignem , aquas , lapidarium manus , & Deos ipſos humi dejectos femina triumphavit. Triumphum ſplendidiorem feræ immixtæ reddiderunt , quas circurare virtus potuit , non tyrannum , qui toto mari obruere triumphum BASSA voluit. Sed in fluctus abjectam matrem glorioli ē cœlo filii naviculâ excepere & ad portum incolamē deduxere. Verū illa potius celeste litus ſpectabat. Atque ad hoc oſtidio pōt; etiā cruribus fractis & ſine capite , enatavit tamen per ſanguinem ſuum. Ex Men.

Subducti terris Speculemur calum, ut ducant ſignorum caelatum , gubernante Christo, flante Sp̄itu sancto, evictis voluptatum ſpumis , ſuperatū vitiorum fluctibus, atque omnium delictorum navfragiis evitatis, lucrum vite & gaudia Reſumtionis intremus. S. Pet. Chrys. ſerm. 8.

S. SYMPHORIANVS M. 22. Aug.

Anno post Deum hominem CC.XXIIII. SYMPHORIANVS juventutis Augustoduni in Galilâ princeps, quod cultum Diis negafſet , juffu Heraclii , qui pro Valeriano illic furebat , in vinculis est abreptus , ſed quæ ille digna nobilitate Christianâ monilia putavit. Pugnabat in fortissimum juvenem geminâ acie tyrannus : hinc agmen. mīnæ, verbera, flagra , illinc blanditiæ , munera et promissa ducebant : perrupit tamen martyr utrumque cornu , & illud constantiā , hoc etiam zīli vicit fuditque. Sed victorem pefſimus iudeo

21. Aug. VITA SANCTORVM. 409
die vici
hanc car-
crearunt,
s A. E car-
Idantum
na triom-
ræ immi-
uit, non
iumphum
a matrem
& ad po-
potius c-
iduo pōt
vit tamen
ducatus si-
flante Spi-
superatu-
rum nav-
e Resum-
. Augus-
III. Sma-
ni in Gil-
jussu He-
in vincul-
cate Chis-
ortissimum
men. mi-
munera ac-
n marty-
hoc eram
mus judex

ad gladium damnavit. At SYMPHORIANVS præ-
ferti sibi secures non in supplicium, sed trium-
phum putavit, quem augustissimum mater trium-
phantis fecit, dum his vocibus è tecto & ipsa
triumphans, acclamavit: Io! fili, triumpha! Io!
tecum mater triumpho! quid enim? Certè victo-
rem filium, præferri secures, & sequi victimum ty-
rannum video. Sed cur sine purpurâ fallor; an
tuus hanc crux dabit. Et cur sine coronâ? iterum
fallor, cælum hanc dabit, nec è mortali lauro da-
bit. Superi! filio jam supervivere matrem juvat,
juvat oculos claudere. Audite votum novum si-
dera, & tu fili, i, sanguine subscribe. Hæc aut si-
millia mater: filius interim cælestis jam Capitolium
victor tenebat. Ex Surio..

Queris aurum, & si volueris, fortè non habe-
bis; Deum cum volueris, habebis; quia & antequam
velles, venit ad te; & cum aversâ voluntate esses,
volavit te; cum conversus esses, terruit te; & cum
territis confitereris, consolatus est te. S. Aug. sup.
Psalms. 32.

S. BERNARDVS SENENS. CONF.

22. Augusti.

Enis oriundum sive IOANNEM sive BERNAR-
DVM dicas, nūnquam noīne mentietur, sem-
per Virginis clientem loquetur. IOANNES à puero
indigeratus, cùm mansuetiorum musarum ductu
ad Themidis adyta penetrasset, & quas didicerat
modò leges cum plausu jam doceret, quò rectius
humana perspicceret, in oculorum gravissimam
zgritudinem incidit. Placuit à MARIA veriori
Cynthiâ lumen mendicare; huic, si oculos illa
reddat, totum hominem vovet. Votum damnato
dies interim appetebat quo disputandum pro
morte

S

morte